UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Jona p[ro]pheta. Cap[itulum]. xxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

gnouerunt: ipſum excerebrantes ⁊ iugulantes dimiſerũt. Cuius corpus auernis ſepultũ eſt. Radebertus autẽ qui ipm occiderat nõ multo poſt conſumptus a vermibus expirauit. Alius xo de interfectoribus: dum venaretur ex equo decidens fracto dextro brachio oĩbus mẽbris debilitatur. Qui ad penitentiã reuerſus orãs ad ſancti martyris ſepulchrũ: ſalutez obtinuit: ⁊ vas argenteũ decem marcharũ pro ſue liberationis beneficio in mun⁹ obtulit. Paſſus eſt autem martyr chriſti vna cum ſancto Marino abbate. viij. kalen. februarij.

¶ De ſancto Seueriano epiſcopo. Capitulũ. xxiij.

Seuerianus epiſcopus gabalitane ciuitatis admirande ſanctitatis ⁊ doctrine vir extitit: q̇ poſt laudabilẽ cõuerſationis vitã: ⁊ ſalutifere predicationis doctrinam apud eandem vrbem in pace quieuit. viij. kalen. februarij. Hic enĩ vt gẽnadius ſcribit in ſcripturis diuinis eruditus et in homelijs declamator eximius: expoſuit epiſtolaz pauli ad galathas. Et de baptiſmo ⁊ epiphanie ſolẽnitate libellũ inſignem compoſuit. Hunc iohannes cõſtantinopolitanus epũs ⁊ archadius imperator frequẽter cõſtantinopolim euocabãt: vt eius ſmones audirẽt: quoz tẽporib⁹ ipe claruit: hec gẽnadi⁹ de viris illuſtrib⁹.

¶ De ſancto Policarpo epiſcopo ⁊ martyre. Capitulũ. xxiiij

Policarpus epiſcopus ⁊ martyr diſcipulus iohannis euãgeliſte fuit: et ipſius auditor. Hic vt habetur. iiij libro hiſtorie eccleſiaſtice: fuit eps ſmyrneñ. ſanctitate ⁊ grã atq; doctrina catholice fidei admodum inſignis. Qui cuz iã eſſet etate maturus: vidit quadam nocte per ſomnium ceruical ſuum flammis eſſe conſumptum: et predixit fratribus ſe per ignem martyrẽ futuruz. Regnantibus xo marco antonio ⁊ lucio aurelio quomodo imperatoribus: chriſtianoruz perſecutione feruente miſſi ſunt ad eum apparitores proconſulis aſie: vt eum tenerent. Quos ille gratanter ſuſcepit: et in menſa refecit: et poſtea ſecum iuit. Et dum coram proconſulis tribunali chriſtum viua voce confiteretur: excitato clamore gentilium ⁊ iudeorum contra eũ iuſſu proconſulis traditur ignibus concremãdus. In quo dum eſſet immiſſus flammaz globis vndiq; valabatur: ita vt ipſe in medio incendij ſibi cedentis in modum camere ſtaret: ⁊ deum glorificans cõburi nõ poſſet. Tuncq; ſpiculator accedẽs lancea ipm trãſfodit: ⁊ ſanguinis pfluuio ignis extinct⁹ fuit. Cui⁹ reliquias chriſtiani ſepelierunt in ciuitate ſmyrne. Poſt cui⁹ tranſitũ. xij. alij diſcipuli qui eũ a laodicia veniẽtes ſecuti fuerãt: martyrium paſſi ſunt in eadẽ ciuitate. Hic btũs eps ob quaſdaz paſche queſtiones romã veniẽs antonio pio imperium gubernãte: anacleto xo papa romane tũc eccleſie preſidẽte: plures xpianos martionis ⁊ valẽtini hereticoz irretitos laqueis: ad fidẽ catholicam cõuertit. Scripſit aũt ad philippeñ. epiſtolam vtilẽ valde. Paſſuſq; eſt martyriũ annũ agẽs etatis. lxxxvi. die. vij. kal. februarij. Hec Hieronymus de illuſtribus viris.

¶ De ſctis Theogene ⁊ ſocijs mar. Cap. xxv.

Theogenes martyr cuz alijs. xxxvi. chriſtianis martyriũ paſſi ſunt i eadẽ ciuitate laodicie pmiſſa pſecutione vigẽte: q̇ cõtẽnentes temporalẽ mortem coronaz vite eterne adepti ſunt. vij. kalendas februarij: vt dicit Hieronymus.

¶ De ſancto Jona pphera. Cap. xxvi.

Jonas propheta fuit de oppido geth que eſt in ophir ad differentiaz geth que eſt in paleſtina: et eſt nomen regionis. Ophir enĩ nomẽ eſt turris nebuloſe: que nõ lõge erat a tẽplo. Hũc hebrei affirmãt filiũ fuiſſe mulieris vidue sareptane ſidonioz: ad quas helias famis tpe declinauit: ipmq; mortuũ ſuſcitauit. Quẽ temporib⁹ hierobõa filij ioas regis iſrl claruiſſe: pphetiã quoq; exorſum fuiſſe: qrt⁹ liber regnz cõmemorat. In condẽnationẽ aũt iſrael ionas ad gentes mittit ꝙ niniue agente penitentiaz illi in malicia pſeuerabãt. Qui idcirco ad niniuitas predicãdos ire recuſabat: qz cũ pphetia illuminãte: peccõres ciuitatꝫ niniue miſicordiã dei cõſecuturos ſperare ne falſa videret predicare ſententiã ꝯtra eos placatã reuocari nolebat diuine diſpẽſationis ignarus q̄ ſalutẽ hominũ ad ſe reuertẽtiũ magis vult ꝙ interitũ. Ideoq; ſe a facie dei fugere putãs: deſcendit ioppem: aſcendit nauẽ euntẽ in tarſum: deditq; naulum nautis. Sed de⁹ cui⁹ voluntati nemo poteſt reſiſtere: q̇ ⁊ eẽntialr eſt vbiq;: miſſo vẽto validiſſimo tẽpeſtate turbauit mare: pclitaf nauis: timẽt naute: ⁊ inuocato dño de ſalute deſperãtes more ãtiquoz pctõ alicui eoz periculũ cũctoz aſcribũt: hoĩem illũ ſorte ingrendũ decernunt. Jonas ſorte dephendif: ſpõte in mare mittif: ⁊ tempeſtas ſedaf. Jonam deo diſpẽſante cete deglutit: ⁊ poſt triduum eũdem in aridaz illeſum euomit. Jonas flagello dei correptus niniuẽ intrat: iudiciuz ſubuerſionis poſt dies. xl.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

futurū prenūciat. Rex ⁊ populus ad dn̄m: conuertuntur: ſaccis induūtur: ieiunijs affligunt. Miſericors de⁹ peccatorū penitētiā reſpexit: ciuitatiq; pc̄cs ſentētiā reuocauit: vidēs ſe mēdacem extitiſſe ionas turbat: vrbēq; egreſſus contra deum conqueritur. Quē deus vt confunderet ⁊ ſe indigna diſpoſitiōe miſericordē oſtēderet afflictum feruore ſolis hedera ſubito naſcente ⁊ caput ꝓphete obūbrante ab eſtu refrigerauit: ⁊ ſequēti nocte iterū repente areſacta cōtriſtauit. Et cū hederā exiccatā deflēret: audiuit a deo ꝙ iraſci non deberet: eo ꝙ tante ciuitatis excidio pepercifſet. Si enim moleſte ferebat hederā areſactā: ⁊ deus moleſtius tuliſſet tātā vrbē ſubuerſam. Sicq; ionas pacatus redijt a niniue. Proceſſu tamē temporis niniuite ad peiora peccata conuerſi ꝓphetia naum ꝓphete admoniti ſunt. Qui nō curātes cōuerti: eo ꝙ alias ionas falſo ſubuerſionē ciuitatis premiſiſſe cognouerūt: irā dei tandē nō euaſerunt. Nā fluuius polus qui eā circūdabat vrbē: inundauit: factoq; pariter terremotu: ignis de celo emiſſus eam incendit. Sicq; vtroq; diluuio aque ⁊ ignis pariter deleta eſt. Reuerſus ergo ionas a ciuitate niniue ad terrā ſuam ire erubuit: eo ꝙ in vaticinio niniuitarū mēdax apparuit. Sed tp̄e famis aſſumpta matre in cola gentiū fact⁹ eſt. Fame ṽo tranſacta: reuerſus eſt ad terrā iuda: ⁊ mortua matre ſepeliuit eā iuxta balanū delbore. Hic predixit ſignū euerſionis hieruſalē: ꝙ cū viderint lapidē luctuoſe clamantem: prope ſit finis. Et cum viderint in hieruſalē gētes vniuerſas: tūc tota illa ciuitas irrecuperabiliter euertet. Quieuit in pace tēpore ozie regis iuda. vi. kalē. februarij: ⁊ ſepultus eſt in ſpelunca vnius iudicis iſrael. Cuius ſepulchrū monſtratur in vna vrbium geth: in viculo iuxta ſephorū. Hic vnus eſt ex numero. xij. prophetarū qui eccleſiaſtici. xlix. in ſanctoꝝ petrum catalogo memorātur. Hec hieronymus ⁊ Joſephus in hiſtoria ſcolaſtica.

¶ De ſctō iohe Chryſoſtomo ep̄o. Cap. xxvij.

Johānes chryſoſtomus quod latine os aureuz interpretatur epiſcopus conſtātinopolitanus ⁊ doctor grecorū tempore archadij imperatoris floruit. Hic natione antiochen⁹ filius ſecundi ⁊ anthure nobiliū perſarum: diſcipulus ſophiſte libanij: ⁊ auditor andragatij philoſophi liberalib⁹ artibus annis puerilibus antiochie ſtuduit. Dehinc defuncto patre romam veniēs cauſarum orator extit: pauperibuſq; gratis patrocinium exhibebat. Poſt hec relictis ſtudijs ſecularib⁹ diuine ſcripture vacās annorum. xviij. omnes ſacre pagine libros memoriter didicit: ⁊ ſanctis intentus operibus ſeculo abrenunciauit. Reuerſuſq; ad patriam cum ſancto baſilio in quodam monte antiochie: proximo ſolitariā vitam duxit. Baſilio ṽo ceſareā eunte: iohannem ſanctus Meletius antiochenus epiſcopus in lectorē ⁊ poſtea in diaconū ordinauit. Quē euagrius eius ſucceſſor ꝓceſſu tp̄is ad ſacerdotiū ꝓmouit. Qui ſanctitate vite ⁊ claritate doctrine ꝓficiēs diuinis ſtudijs intētus predicationi inſiſtebat: ⁊ mira opuſcula cōtinue exarabat: famaq; eius ſapientie vndiq; perſonabat. Qui etiā ꝓpter caſtitatis zelū ſeuerior habebat: et feruori magis ꝙ̄ manſuetudini ſeruiens arrogans a neſcientibus putabat. Defuncto igitur nectario conſtantinopolitane vrbis ep̄o: cū de ordinando preſule queſtio oriretur. Nouiſſime fama eius comperta imperatoris archadij iuſſu: iohannes preſbyter ab antiochia vocatus ep̄s ordinatus eſt. Qui mox in ſui pōtificatus initio cum vitam clericoꝝ corrigere voluit: oēs in ſui odiū cōcitauit. Cūctiq; eū velut furioſuz ⁊ ſuperbū declinabāt: ⁊ apud om̄es ei detrahebant: ⁊ quia nunꝙ̄ cum alijs in mēſa cōmunicare volebat. ¶ Reuera autē ille hoc ideo faciebat: quia propter nimiā abſtinentiā caput ⁊ ſtomachū ſepe dolebat: populus ṽo propter ſermones quos in eccleſia faciebat: eū plurimū diligebat paruipendēs quicquid contra eū emuli loquerent. Neceſſitatibus ṽo egenorū liberaliter ꝓuidebat: ⁊ pluribus ad ſuſcipiēdos pauperes hoſpitalibus erectis: de redditibus epiſcopatus eiſdē miniſtrabat. ¶ Quadā die dū epiſtolarū pauli expoſitioni intenderet: orauit ad dn̄m: vt ſibi in ipſis plenū intellectū daret. Cui viſibiliter apparuit beatus apoſtol⁹: dicēs ſe nō aliter in ſuis epiſtolis intellexiſſe: ꝙ̄ iohannes intelligebat: eūq; deoſculat⁹ diſparuit quem etiā notarius eius probus: qui tūc actu verba ei⁹ ſcribebat aſpexit: ⁊ ex p̄ſentia apoſtolica totus contremuit. Cui iohānes eū poſt ſe futurū epiſcopū cōſtātinopolitanū predixit: ſicut ⁊ rei euētus ꝓbauit. ¶ Eutropius imperatoris p̄poſitus ⁊ cōſul volens ſe in quibuſdam ad eccleſias cōfugientibus vindicare: ſtuduit: vt lex ab imperatore de immunitate ad eccleſiā confugientiū reuocaretur. Quod iohānes moleſte ferens: eum audacius increpauit. Et poſt paucos dies eutropius imperatorē offendit: ⁊ ad eccleſiā fugit: quem epiſcopus latitātem ꝓpalauit ⁊ duriſſime increpauit: ⁊ cū imperator eductū de eccleſia decollauit: vñ et ex hoc epiſcopus multorum odiū incurrit. Inſup etiā q̄z plures clericorum propter eorū diſſolutā vitā pluribus cauſis depoſuit. ¶ Quidā ganias genere celticus: cōſilio barbar⁹: ſecta arrian⁹: magiſter militum factus eſt. Hic imperatorē rogauit: vt intra ciuitatē vnicam tm̄ ſuis eccleſiā concederet. Quod cum imperator de hoc ep̄m

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN